

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput XXII. Syntaxis participiorum

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

*Quod meâ & Reip. interest. Cic. l. 2. ep. 18.*

*Infinitum refert Lunaris ratio. Plin.*

*Illud meâ magni interest, te ut videam. Cic. II. Att. 22.*

9.  $\Delta$  V. Verbum *Interest*, loco Genitivi recipit etiam Accusativum cum AD. ut: <sup>9</sup>  
*Magni interest ad decus & ad laudem huius civitatis, ita fieri. Cic. l. 1. de nat. Deor.*

$\Delta$  VI. Nonnunquam Verbum *Refert*, absolute sine casu ponitur, ut:

*Nec numero comprehendere refert. Virg. 2. Georg.*

Haecenus Verborum Syntaxis.

## CAPUT XXII.

### SYNTAXIS PARTICIPIORUM.

#### REGULA I.

\* Participia quando post se regunt Casus, imitantur Verborum suorum Constructionem, ut: <sup>1</sup>

1. *Legens Virgilium, juxta Reg. 1. Cap. XIV.*  
*Legendus a Virgilio, juxta Reg. 1. Cap. XV.*  
*Egens are & aris, juxta Reg. 4. Cap. XV.*  
*Accusandus negligentia, juxta Reg. 6. C. XII.*

2. *NOTA. I. Exosus, Perosus, & sæpe etiam Pertesus, Accusativo <sup>2</sup> gaudent, ut:*  
*Tedas exosa jugales. Ovid. 1. Met.*  
*Plebis Consulium nomen, haud secus quam Regum perosa erat. Liv. 3. ab H. C.*

*Pertesus ignaviam suam. Svet. Jul. cap. 7.*

$\Delta$  Gellius



Δ Gellius etiam Exosus, Passivè Dativo junxit. Ex quibus latenter intelligas, non omnes modo Diis exosos esse. pro, invisos. [lib. 2. cap. 18.]

Δ II. Participia Verborum FIO, EXISTO, & similia, Casum sequentem non tantum antecedenti respondentem postulant; sed etiam ad quæcumque Casum præcedentem, Nominativum<sup>3</sup> post se admittunt apud Græcos.

□ Genitivo.<sup>4</sup> Aristot. l. 3. Meteor. cap. 6.

ἄλλ' ἀχλὺς ὕδατος μὲν πικρῆς, [hic respondet Genitivus] ἀλλ' ἕρω ὕδατος ὕδατος. [Hic infertur Nominativus, sicut dicitur, ἀχλὺς ἕρω ὕδατος.] Sic Camerar. Homil. de Ascens. ὄντ' ἕρω ἕρω τὸ ἐξώτατον τὸ κόσμος. [Hic infertur Nominativus, sicut dicitur: ὄσρανός ἔστι τὸ ἐξώτατον τὸ κόσμος.]

Dativo.<sup>5</sup> Thucyd. lib. 4. ἐν τῇ γῆ ποτὲ ἕρη Μεσσωρία. [Hic respondet Dativus.] Pausan.

Att. ἐν τῷ γυμνασίῳ Πτολεμαῖον καλεῖται. [Hic infertur Nominativus; sicut dicitur: τὸ γυμνάσιον καλεῖται Πτολεμαῖον.]

Accusativo. Thucyd. lib. 1. οὐκ ἔντες τὰς τότε καλεῖται ἐνεία ὁδοί. [Hic respondet Accusativus.] Item lib. 4. χωρίον, ὅπερ ἄριστον ἐκαλεῖται ἐνεία ὁδοί. [Hic infertur Nominativus; sicut dicitur: χωρίον καλεῖται ἐνεία ὁδοί. Neunwege/ Neunstrassen.]

Δ Quod posterius Latinaliquando<sup>6</sup> imitantur, ut: Fulgentius ad Ibrazymundum Regem Vandalor: in Africa, lib. 1. p. 230. [Editionis

Z 2 Basile.



*Basileensis in octavo.] Ut in Verbo CARO [non Carne] facto, & habitante in nobis, quod in principio erat, sempiternitatis agnitio, suspensionem ceptæ nativitatæ auferret. Ovid. 1. Met. Via nomen habet Lactea.*

## REGULA II.

- I. † Duo vel plura commata, † eleganter in unum contrahuntur, altero Verborum in Participium mutato. ut :

*Vigilans somniat. Plaut. Amph. 2. 2.*

*Furor fit læsa sapius patientia. Publ. Syr.*

*Excruciatum necat. Sal. Jug.*

*Misere legatos memoraturos. Tac. 1. 4.*

† Utrum autem in Participium commutandum est?

Illud, quod sub *Dum, Si, Ut, vel Postquam*, alteri præcedit : vel in sensu Relativo alteri jungitur. ut :

*Vigilans somniat, i. e. dum vigilat; vel inter vigilandum.*

*Furor fit læsa sapius patientia. i. e. si sapius læditur; vel quæ sæpius læsa est.*

*Excruciatum necat; i. e. postquam eum excruciauit.*

*Misere legatos memoraturos; i. e. qui memorarent, vel ut memorarent.*

## REGULA III.

△ *Do, Volo, Reddo, Curo, & similia*, cum Participio Præteriti temporis in Accusativo, quod Substantivo rei vel personæ junctum est,

est constructa, p

us, cuius Partic

Dabo tibi hoc e

riam.

Rogatus te vol

lorentum tibi

nam Part

centiam

R

\* Participia

significancia, v

tunc, vel Ablati

Deus nobis or

quia non pa

esse pu

† Verba

libus, elegan

ctivo, recipi

DUS, eodem

Substantivo

Negotium c

ut e

Dedit mihi

ut de

Natus, Pro

tus, & his similibus

Nate Dea.

lib. 2.



est, constructa, periphrasin faciunt Verbi eius, cuius Participium sic usurpatur. ut.

*Dabo tibi hoc effectum. Ter. Eun. 2. 1. i. e. efficiam.*

*Rogatum te volo. Plaut. Cas. prol. i. e. rogo te.*

*Inventum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum. Ter. And. 4. 2. i. e. inveniam & adducam.*

REGULA IV.

\* Participia Futura in DUS, necessitatem significantia, vel Dativum<sup>1</sup> personæ admittunt, vel Ablativum cum Præpositione. ut: <sup>2</sup>

*Deus nobis orandus est.*

*Quia non putabam, hæc nunc à me scribenda esse publicè. Cic. l. 15. ep.*

REGULA V.

† Verba *Curo, Do, Loco, Accipio, cum similibus*, eleganter pro Infinitivo<sup>3</sup> vel Coniunctivo, recipiunt Participium Futurum in DUS, eodem genere, numero & Casu cum Substantivo coharens. ut: <sup>4</sup>

*Negotium conficiendum cures. i. e. confici, vel ut conficiatur.*

*Dedit mihi hanc epistolam describendam. i. e. ut describerem.*

REGULA VI.

\* *Natus, Prognatus, Cretus, Satus, Editus, Ortus, & his similia*, Ablativum asciscunt. ut:

*Nate Dea. Ovo prognatus eodem. Horat. lib. 2, sat. 1.*



*Sanguine cretus Sisyphio. Ovid. 13. Met.*

*Sate sanguine Divum. Virg.*

*Mæcenas atavis edite Regibus. Hor. 1. Od. 1.*

*Orte Saturno. Hor. l. 1. od. 12. Divis ortu bonis. Idem.*

Interdum mediante Præpositione EX. ut:

*Ex concubina ortus. Salust.*

*Ex me hic non natus est, sed ex fratre. Ter.*

## REGULA VII.

† Duo Ablativi Consequentiam designantes, <sup>1</sup>propemodum <sup>2</sup>absolutè junguntur, sed alter Nominis vel Pronominis, alter Participii, ut:

*Imperante Maximiliano, Veneti graviter afflicti sunt.*

*Oppressa libertate patriæ, nihil est quod amplius speremus. Cic.*

*Nil juvat amisso claudere sepra grege. Ovid.*

*Quid est Designare Consequentiam?*

Est ita in oratione poni, ut nihil plenum aut integrum intelligatur, sed tantum causa antecedens, aut tempus, aut conditio, aut similis circumstantia notetur, & ad perfectionem sententiæ amplius aliquid expectetur.

NOTA. † I. Interdum Participium dissimulatur, <sup>3</sup>locum ejus occupante aliquo nomine. ut: <sup>4</sup>

*Me conficio. Te judice. Duce numine.*

Δ II. Nonnunquam solius Participii Ablativus ponitur. ut:

*Milites*



*Milites Imperatorem querentes, in ipsum per-  
rumpunt triclinium, nec nisi viso [sec. eo,  
vel Imperatore] desiterunt. Sueton.  
Orbon. c. 8.*

△ III. Interdum idem Ablativus Parti-  
cipii Perfecti solus ponitur, sed Imperfona-  
liter. <sup>5</sup> ut: <sup>6</sup>

*Audito, Regem in Ciliciam tendere. Salust. 5. Hist.  
i. e. postquam auditum esset.*

Hæc de Participiorum Syntaxi.

## CAPUT XXIII.

### SYNTAXIS ADVERBIO-

rum. <sup>1</sup>

#### REGULA I.

\* Adverbia subjiciuntur Verbis, aut eorum Participiis, ad explicandas actionum aut passionum circumstantias. ut:

*Estina lentè. Quod citò fit, citò perit.*

*Sauciatus graviter. Bene doctus.*

△ Verbis autem Substantivis, Adverbia paucissima subjici possunt. ut: *Frustra sum, i. e. decipior, frustror.*

□ Non autem dicitur, *Ille est bene.*

△ Quod si tamen Verbum Substantivum Impersonaliter ponitur, Adverbia quædam illi jungi possunt. ut: *Si vales, benè est.*

† Eadem est ratio Nominum Adjectivorum, quando Adverbialiter Verbis actionem

Z 4 nem

5. 6.

c.